Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores.

S. PAULUS, I *ad Corinth.* XII 28.

Ne Sacræ Theologiae studia, quae in Taurinensi Universitate Theologorum Collegii sollertia tantopere floruerant, aliquatenus languescerent, neque honoris incitamentis iuniores Clerici destituerentur, praedictum Taurinense Collegium sub caelesti S. Thomae Aquinatis patrocinio in Archiepiscopali illius civitatis Seminario transferimus.

PIUS IX, *Brevi*, 27 *febr.* 1874.

AUGUSTINUS

TITULI S. EUSEBII S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS

RICHELMY

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

ARCHIEPISCOPUS TAURINENSIS

DOCTOR ET SACRÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ TAURINENSIS IN SEMINARIO ARCHIEPISCOPALI MAGNUS CANCELLARIUS.

Quum Rev. Sac. Aloysius Olivares a Curia-Picta omnia praestiterit, quae ad consequendam Lauream doctoralem in Facultate Theologiae Taurinensi praestanda sunt iuxta Statuta eiusdem Facultatis approbata a Summo Pontifice PIO IX Brevi *Inter gravissimas* diei 27 februarii anni 1874: Scilicet ipse, rite emenso curriculo scholastico, praescripta experimenta sui profectus in scientia Theologiae dederit in privatis periculis coram Praeside et Professoribus huius Facultatis, et in singulis obtinuerit suffragia legitima:

Publicum quoque suae doctrinae specimen exhibuerit coram Nobis et Collegio Theologorum ad hoc congregato; et legitimis suffragiis approbatus, Auctoritate Apostolica ipse fuerit promotus ad Gradum Doctoris atque eiusdem Gradus insignibus decoratus a clarissimo viro Can. Prof. Joan. Bapt. Banchio Auctoritate Apostolica declaramus, Nos ratam habere approbationem et promotionem factam a dicto Collegio Theologorum die V Mensis Martii Anni 1908 et adm. Rev. Sac. Aloysium Olivares renuntiamus Doctorem in Theologia; cui propterea liceat in toto orbe catholico uti insignibus et iuribus, quae a S. Sede Apostolica vel ab antiquissimis temporibus, Laurea Doctorali in Theologia exornatis fuerunt concessa, in Nostra vero Archidioecesi iis frui praerogativis quae in Constitutionibus dioecesanis eadem Laurea donatis conferuntur.

De quibus omnibus has Litteras Testimoniales una cum Praeside Facultatis subscribimus et Rev. Sac. A. Olivares Doctori in S. Theologia concedimus

Augustæ Taurinorum die V mensis Martii anno Domini 1908

Cancellarius

+ Augustinus Card. Archiep.

Præses

Re

Ab actis

Falletti

COLLEGIUM THEOLOGORUM TAURINENSE

Lit. Doyen Al. Simondetti - Taurini.